





1621  
DISSERTATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA

DE

1798, 8

# EO QVOD IVSTVM EST

CIRCA

REPARATIONEM DEBITI IN LITEM  
DEDVCTI ILLIQVIDI A LIQVIDO.

8

QVAM

AVCTORITATE

ILLVSTRIS IVRECONSULTORVM

ORDINIS

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
RITE CAPESSENDIS

PVBLINE DEFENDET

DIE IX OCTOBRIS MDCCXCVIII.

AVCTOR

ORGIVS THEOPHILVS SCHIRGES  
CELLENSIS - LÜNEBURGVS.

GOTTINGAE

TYPIS H. M. GRAPE, ACAD. TYPOGR.

PRESERVAT. INAGARIA IN INDIA

GLORIOSA INSTITUTA

ORO

PERFECTA IN INSTITUTA IN INDIA  
EDICIONIS A LIMA

1771

EX LIBRIS

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

ORDINE

SCHEMATICUS INSTITUTA IN INDIA  
EDICIONIS A LIMA

EX LIBRIS

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

1771

SCHEMATICUS INSTITUTA IN INDIA  
EDICIONIS A LIMA

EX LIBRIS

LIBRARY OF THE UNIVERSITY OF TORONTO

VIRO CONSULTISSIMO

ET DOCTISSIMO

Francisco Gvilielmo  
Schmersahl

J. v. D.

MAGISTRATVS CELLENSIS SECRETARIO REGII

THESSALONICENSIS

ELECTORALIS IUDICII AVLICI CELLENSIS

PROCURATORI

CAVSARVM PATRONO PERITISSIMO

VTORI ET FAVTORI PIE COLENDO

OMNIBUS THASCEIS ORIV

OMNIBUS TERRIS STVDIORVM PRIMITIAS

VII

omnibus Gavilis  
INDELIBATAE ERGA EVM PIETATIS  
PVBLICVM EXSTET DOCUMENTVM

OFFERT

CVLTOR OBSERVANTISSIMVS ATQVE GRATISSIMVS  
GEORGIVS THEOPHILVS SCHIRGE

S  
ATIS  
VM  
SSIMVS  
IRGE

**PARS GENERALIS.**

*Introitus.*

In omni, sive iuridicae, sive philosophicae cuiusdam materiae disquisitione, praecipuarum notionum clara & perspicua constitutio maximi momenti est, & quo diligentius haec sit, eo facilius ea procedit. Quam ob rem etiam in hoc nostro specimine prima nobis cura esse debet, rerum quae saepius circa obiectum nostrum observantur, notiones & definitiones perspicuas constituere.

A 3

§. 2.

*In quo sensu nos vocem causae accipiamus.*

Etsi causae vox plures admittat significatus iuridicos, ita ut partim: 1. pro contractu, & quidem generaliter, ut latius sit contractu, pro omni negotio a), extra processum, partim: 2. pro iure cuiusdam rei b), partim: 3. pro omni commmodo & utilitate quae ex re provenit, & quod ad rem aliquam quocunque modo pertinent c), & partim: 4. pro eo quod in iudicio proponitur, seu negotio in iudicium deducto d), seu re ipsa quae in se habet controversiam, accipiatur; in hoc tamen specimine, praecipue in sensu ulteriori, quo rem in iudicium deductam quae in se habet controversiam significat, occurret.

- a) l. 9. §. I. D. si certum petatur, (Lib. XII. Tit. 1.) l. I. D. soluto matrimonio (Lib. XXIV. Tit. 3) Voet. ad Pandect. Lib. XLIV. Tit. VII. num. 17.
- b) MÜLLER prompt. Iur. nov. Tom. II. pag. 899. ad voc. *causa*, num. I. sqq. l. 18. §. 2. D. de pignor. act. (Lib. XIII. Tit. VII).
- c) vid. inscript. Tit. de usuris, & fructibus, & omni causa. BRISSON in Lexico, Lib. III. de verbor. significat ad voc. *causa*. MÜLLER l. c. pag. 903. ad voc. *causae* in sensu iuris romani speciali num. I.
- d) l. 3. C. de pactis (Lib. I. Tit. 3.) l. 16. C. de transactionib. (Lib. I. Tit. 4.) Tot. Tit. C. ne liceat in una eademque causa.

§. 3.

*Quid sit creditum, & debitum?*

Cum creditum in genere dicatur, omne id quod ex quacunque causa pe-  
tenti potest e); sine respectu, an hoc in  
contractu mutui f), in quo pecunia  
mutuositatis creditum in specie dicitur

A 4

con-

contingat, nec ne: debitum vero, omne illud, quod quis ex quacunque causa alteri praestare tenetur, seu quod ex quocunque contractu, vel delicto debetur g); ex eo apparet, in eodem obiecto diverso respectu nomen crediti, intuitu creditoris, & debiti, intuitu debitoris, concurrere posse.

- e) l. II. 12. D. de verbor. signif. (Lib. L.  
Tit. 16.) l. 2, §. 3. D. de rebus creditis  
(Lib. XII. Tit. I.)  
f) l. I. §. 1. eod.  
g) l. 14. 15. D. de heredit. petition. (Lib. V.  
Tit. 3.)

§. 4.

*Quid sit causa liquida, quid creditum & debitum liquidum?*

Liquidum illud est: de quo constat, quid, quale, quantum, & ex qua causa debeatur h). Omnia haec mo-

ment

menta, & requisita simul adesse debent, ita ut, uno tantum deficiente, reliqua, licet certa sint, atque probata, non prius attendi possint, quam illud quoque indubitatum sit. Quo ad effectum tamen liquido aequiparatur illud, quod licet revera illiquidum sit, in continentia tamen liquidabile est i). Quaestio autem: an causa liquida sit, nec ne? est facti, non juris. Recte itaque causam liquidam k) illam interpretamur: quae iuris tantum quaestionem habet, & in qua de facto non amplius disceptatur l). Quaestio enim facti ampliorem adhuc disquisitionem iudicalem desiderat, probationem scilicet; quod si ergo litis decisio a quaestione iuris tantum dependet, omnis probatio partium cessat, quia non partium, sed iudicis officium

A 5. est,

est, pronunciandi & cognoscendi de eo, quid iuris m)? Quoties ergo de facto controverso adhuc disceptatur, nondum de obiecto, de qualitate & de quantitate, constat, & propterea causa liquida esse nequit n). Cum vero quaestio iuris: an, ver. caus. in contractibus bonae fidei usurae debeantur ex mora? tantum ventilatur, facto & fundamento agendi certo, nec amplius controverso, tunc primum causa liquida dici potest. Idem valet de debito, & credito o).

b) l. 14. §. I. C. de compens. (Lib. IV. tit. 31.) L. H. BÖHMER introduct. in ius digest. Tom. I. pag. 306. §. 10. & II.

i) vid. §. 8.

k) vid. §. 2. num. 4. in fin.

l) ZANGER Tractat. de exception. P. III. cap. 8. num. 95. sqq. MENOCRIUS de arbitr. iudic. II. cent. I. cas. 14.

m) Beyträge zu der Lehre von gerichtl. Klagen und Einreden, von A. D. WEBER

1stes

— 11 —  
iſtes Stück, pag. 60. 1795. BÖHMER Conſult, & Decif. Tom. I. par. 2. resp. 101. num. 15.

- n) conf. script. in not. I. huius § allegatos, unacum: Vinnio in ſeleſt, quaef. Lib. I. quaef. 50.  
o) VINNIUS I. c., idem in commentar. ad Institut. ad §. 30. J. de actionib.

§. 5.

*Quid sit illiquidum, quid caſa, creditum & debitum illiquidum.*

Ex definitione liquidi in antece-  
dente § tradita, facillime notio illiqui-  
di, eius oppofitum eluceſet. Illiquidum,  
enim dicitur: de quo quid, qua-  
le quantum debeatur, non conſtat. Caſa,  
creditum & debitum ergo illiquidum  
eft: cuius obiectum, qualitas, &  
quantitas non ſunt certae ſed adhuc  
controversae. Magna tamen cum prae-  
cautione & circumſpectione quaefatio

illa:

li de  
go de  
ntur,  
& de  
cauſa  
quaes-  
tibus  
nora?  
mien-  
to, ſeſt,  
ero,  
oteſt.  
o).  
V. tit-  
us di-  
l.  
P. III-  
de ar-  
erichtl.  
WEBER  
iſtes

illa: quid sit liquidum, quid illiquidum, tanta effectuum illius in iure diversitate, semper est diiudicanda.

§. 6.

*De separatione.*

Quum praecipue de separatione debiti illiquidii a liquido agamus, non erit incongruum, etiam, in quo sensu vocem hanc accipiamus, paucis expōnere. Constat enim ex legibus, eam varios significatus iuridicos habere, & eam tum generaliter, pro qualibet segregatione rerum, quae hucusque aliquo modo coniunctae erant; tum specialiter pro separatione liberorum p), tum pro beneficio separationis in concursu creditorum obveniente q), tum pro separatione quo ad thorū & mensam r) ac cipi; quos tamen cum toto coelo habet signi-

significatu; quem nos de ea formamus,  
sunt diversi, hic allegasse sufficiet. Nos  
vero illam accipimus: *pro diversa  
tratatione & decisione causarum si-  
mul in iudicium deductarum.* Ad eius  
essentiam ergo, res litigiosae, seu quod  
idem est, causae cognitioni iudiciali  
subiectae, & quidem simul, id est in  
eodem processu, requiruntur.

- p) STRYCK usus modern. Pandect. ad Lib. I.  
Tit. 7. §. 25.
- q) Tit. VI. D. de separationibus.
- r) J. H. BÖHMER introductio in ius digesto-  
rum Lib. XXIV. Tit. II. §. 17.

§. 7.

*De debito in continenti liquido.*

Creditum, vel debitum dicitur li-  
quidum: 1) vel ex genere quaestonis,  
quod scilicet iuris tantum quaestionem  
habet; vel 2) ex celeritate probationis,

cu-

cuius scilicet probatio mediis probandi celerioribus absolvitur, illud, debitum in continenti liquidum; hoc, debitum in continenti liquidabile appellari potest. De qua vero terminologia haud usitata, antequam rem ipsam aggrediamur, aliquid monere, ut arbitror, superfluum non erit. Debitum enim, quod ex celeritate probationis liquidum dici potest, licet per se non liquidum sed illiquidum sit, non in congrue debito, quod tantum iuris; de quaestionem habet annumerari possit neminem fugiet; praecipue cum idem effectus iuris, eadem prerogativa quidam utriusque tribuantur, s) & hoc respectuerit. Tantum species liquidi dicitur. Cunxit: tamen inter illa omne discrimen sublaueatum non sit, in theoria adhuc erundius distinctio

oban-  
debi-  
, de-  
ppel-  
ologa-  
n ag-  
arbi-  
bitum  
tionis  
e non  
on in  
iuris;  
debitum  
possi  
iden  
atiwa  
specterit.  
Cun  
subla  
erun  
distin

distinguenda, quod vero eo facilius  
fiet, cum terminis adaequatis notiones  
has designare experiamur, & hunc in  
finem, nulla hac de re, nec in legibus,  
nec a Dd terminologia constituta, no-  
vam, ex analogia exceptionum deprom-  
ptam, t) hic applicare. Secundum  
quam, uti iam supra monuimus, cre-  
ditum & debitum quod iuris tantum  
quaestione habet, dicimus, debitum  
in continenti liquidum, de quo in hac  
probationem indubitatum atque certum  
potest: debitum in continenti li-  
quidabile, de quo in sequente § sermo  
specterit. His praemissis, animadvertendum  
debitum in continenti liquidum  
primum existere, cum non am-  
erum illius de facto in litem deducto discep-  
ta-

tatur, sed cum tantum quaestio iuris  
inter partes controversa, decisionem  
& cognitionem iudicialem desiderat u).

s) MEVIUS in Decis. P. III. dec. 368. num.  
7. italoquitur: „paria sunt, liquidum esse,  
& mox liquidari posse”. Et P. I. dec. 133.  
num. 3. „paria sunt, liquidum esse, & in  
continenti, i. e. brevi spatio, liquidum  
fieri posse”.

t) CLAPROTH summaris. Process. pag. 252.  
§. 169.

u) e. g. vid. I. 32. l. 17. §. 1. l. 3. de usu  
ris (Lib. XXII. tit. I.) l. 2. C. depositi  
(Lib. IV. Tit. 34.) ZANGER de exceptione  
Lib. III. tit. 8. num. 99. VINNII selec.  
Quaest. L. I. qu. 50.

§. 8.

*De debito in continenti liquidabilis*

In antecedente § iam monuimus  
nos illud debitum hoc termino designa-  
re, quod mediis probandi celeriorib  
probari potest. Probationes vero ce-  
leriores eae dicuntur, quae ampliore

& maiorem indaginem non exposunt;  
sed quae intra breve tempus possunt  
absolvi. Huc, ex iuris civilis princi-  
piis referuntur:

1. Confessio adversarii, v) in qua  
vero ut medium probandi celerius dici  
possit, ut sit pura, non qualificata re-  
quiritur w). Iudicialis indistincte &  
absque dubio admittitur, cum ei iure  
novo x) vis rei iudicatae tribuatur y);  
nec confessioni extra judiciali, modo  
vel litteris ab adversario agnitis, vel  
verbis praesente & acceptante reo sit  
facta, idem effectus denegari potest z).  
Quod si autem confessio haec verbalis,  
adversario nec praesente, nec acceptan-  
te a) sit facta, tunc semiplene eam tan-  
tum probare, aequum est. Videantur  
namen, hac de re, scriptores allegati,

apud

apud HOFACKERUM b). Secundum locum inter media probandi celeriora obtinent:

2. Instrumenta, tam publica, quam privata c), quae agnovit, & dissiteri nequit reus. Reliqua vero instrumenta, iis qualitatibus destituta, his equiparari non possunt.

3. Inspectio etiam ocularis in tantum hic sibi locum vindicat, in quantum per eam probatio probandorum plenarie absolvit potest d). Ultimum denique medium probandi celerius, secundum ius commune, non vero Saxonicum e), est:

4. Iuramentum voluntarium, ab illo qui sibi deberi quid afferit, ei datum qui hoc debitum se debere ne-

gat.  
adhu  
Possi  
liqui  
dubie

v) I  
w) II  
x) I  
y) II  
H

z) C  
a) di  
fan  
Pro  
b) L  
c) C  
gen  
d) §  
III.  
spec  
e) Cr  
f) de  
effe  
g) CA  
Caff

gat. Quod si ergo debitum aliquod,  
ad huc illiquidum, intra breve tempus f)  
Possit liquidari, debitum in continent  
liquidis quo ad effectum iuris, absque  
dubio anumerandum est g).

- v) LAUTERBACH dissert. de confessione.
- w) Nov. 48. cap. I. §. 1.
- x) LAUTERBACH l. c. §. 42.
- y) HOFACKER Principia Iuris civilis, Tom.  
III. §. 4500. pag. 933.
- z) CANZ de probabil. iurid. §. 121.
- a) dissentit, ratione acceptationis ab adver-  
fario facienda: CLAPROTH ordentlich.  
Process Tom. II. §. 220.
- b) l. c. in nota n) ad §. 4500.
- c) CLAPROTH Einleit. in den ordentl. bür-  
gerlich. Process. §. 216. pag. 265.
- d) § ultim. I. de gradibus cognition. (Lib.  
III. Tit. 6.) HERTIUS diss. de oculari in-  
spectione.
- e) CLAPROTH l. c. Tom. II. §. 216. pag. 265.
- f) de tempore, intra quod liquidatio finita  
esse debeat, infra agendum erit.
- g) CANNEGIESER Decis. summi tribunal.  
Cassell. Pars I, decis. 103, num. 3.

§. 9.

*bonis mundi* §. 9. à bono 200

*De speciebus debiti illiquidi.*

Omnia reliqua debita, quae sub generali voce liquidi (sicuti in §§ antecedentibus ostendimus) non complectuntur, illiquida sunt. Quibus principiis formatis, licet circa distinctionem illiquidi a liquido dubium ullum superesse amplius non videatur; ab re tamen non erit, pauca de iis debitibus, quae saepissime illiquida sunt, nec tamen absolute, quasi ex vitio, quo laborent, interno, sunt illiquida, monere. Quo referuntur: 1) debitum litigiosum, & 2) debitum cuius existentiam reus est inficiatus. De singulis in sequentibus §§ speciatim.

§. 10

Debitum litigiosum absolute non est  
illiquidum.

Debitum litigiosum, illud dicitur debitum: de quo lis mota est, seu quod in iudicium deductum est h), & tunc: a. vel ipsum negotium, vel b. ius & obligatio ex eo possunt esse controversa i). Priori casu, quo negotium i. e, factum, in quo actio fundata est, & cui innititur debitum, adhuc controversum & dubitatum est,

Quo ex principiis §. 5. traditis, illiquiditas debiti appareat; posteriori vero casu, quaestione iuris tantum mota, facto non amplius controverso, secundum regulas §. 7 & 8 constitutas, debitum litigiosum liquidum est. Quum vero debitum qualitatem litigiosam in pro-

B. nov. 17. 17. ccessu

cessu tantum acquirat, quo actu processuali debitum in iudicium deductum fiat litigiosum, iam erit adnotandum. Missis tamen omnibus actionibus realibus k), quibus debitum ex iure obligationis descendens, peti nequit, in actionibus personalibus iure canonico l), & secundum ordin. Confil. Imper. aulici m), quorum pracepta in praxi observantur, non vero iure romano n), a tempore litis pendentiae o), quae a momento citationis rei, & insinuationis libelli actionis adest, debitum fit litigiosum p).

h) VOET Comment. ad pand. Lib. XLIV.  
Tit. 6. l. 8. C. de compensatione, (Lib. IV.  
Tit. 31.)

i) CRAMER in opuscul. Tom. II. pag. 600  
Wetzl. Nebenstunden Th. CI. pag. 142  
MÜLLER prompt. iur. nov. Tom. II. pag.  
917. ad voc. „causa litigiosa“ & Tom. III.  
num. 43. ad voc. „compensat“.

- k) Authent. litigiosa C. de litigiosis.  
l) Clem. cum lite pendent: 2. ut lite pendente.  
(II. 5.)  
m) Ord. Conf. Imper. Aul. Tit. II. §. 8.  
n) I. r. §. 1. D. de litigiosis (Lib. XLIV.  
Tit. 6.) Vort. ad hunc tit. num. r.  
o) CLAPROTH ordentl. Proces, Tom. I.  
§. 43. pag. 150.  
p) I. H. BÖHMER ius ecclesiast. Protest. Lib.  
II. Tit. 16. §. 2. sqq.

§. 11.

*Debitum cuius existentiam reus inficiatur, absolute non est illiquidum.*

Liquiditas & illiquiditas huius debiti omnimodo ex principiis supra traditis, & secundum distinctionem in §. antecedente compositam diiudicanda erit, & hoc respectu, nihil quod ad*iiciam*, habeo. Negotium autem ipsum, g. 600 live obligatio tantum, & ius ex eo descendens, an sit negatum, maxime ad II. pag. III. iudicis officium spectat, disquirere q).

B 2

q)

q) MEVIVS in decis. Pars II. dec. 369. MÜLLER in prompt. iuris nov. Tom. II. ad voc. „compensatio“ ait. „quid sit liquido, quid illiquidum, non ex contradictione adversarii, sed cognitione iudicis summarie aestimatur“. BRUNNEMANN in Commentar. ad leg. fin. C. de compensatione.

Pri

PARS

PARS SPECIALIS.

§. 12.

*Principium in doctrina separationis  
illiquidi a liquido.*

Notione separationis suo loco tradi-  
ta, nunc principium, quo separatio  
illiquidi a liquido nititur, & secun-  
dum quod, an ea locum habeat? re-  
gulariter diadicandum est, in medi-  
um erit proferendum. Cum enim li-  
quidum tantum cum liquido compen-  
fari posse, certum sit; quia, ut ait  
MEVIVS r) „non sit, nisi liquidum cum  
liquidu compensatio” quod leges etiam  
affirmant s), ex eo sequitur, debitum

PARS

B 3

illud

illud, quod non liquidum sed illiquidum est, a liquido separandum esse, ne debiti liquidi effectus, per aliud debitum illiquidum suspendantur. Separatio ergo in concursu illiquidii cum liquido necessaria est. Cum vero principium in applicatione ad singulos causas pluribus limitationibus sit circumscriptum, magna cum praecautione, ne iniuria litigantibus fiat, eo utendum est. Nostrum ergo erit, tam ex legibus & principiis iuris, quam ex natura rei limites indicare, atque exceptiones enumerare, quibus regul separationis restringitur.

r) MEVII Decis. Pars I. dec. 122. idem factor  
Dec. P. VII. Dec. 7. num. 4. & P. II.  
dec. 368. num. 3. quo loco his utili  
verbis: „ob ius alterius illiquidum, su  
cuiquam negari, aut differri iniquum est  
Programma iuridic, de brocardico: il  
qui

quidi cum liquido nulla compensatio „au-  
tor CARRACH 1751. HERT. ad paroem.  
Geld vor, Recht nach“ in Opuscul. Vol.  
II. par. 3. pag. 297. REINHARTH ad  
CHRISTIN, Vol. I. obs. 69. STRYK usus  
modern. pandect. Lib. XVI. Tit. II. §. 4.  
pag. 169. ANT. PERETZ ad Cod. Lib. IV.  
Tit. 31. §. 6. P. I. pag. 432.  
§) I. fin. C. de compensat. (Lib. IV. Tit. 31.)

§. 13.

*De separatione debitorum in litem  
deductorum.*

Separatio, de qua agimus, cum  
diverso respectu in processu occurtere  
possit, & ex inde diversos effectus re-  
cipiat, casus sequentes accurate distin-  
guendi sunt. Contra debitum enim ab  
factore in libello suo petitum, excep-  
tiones, quibus intentionem actoris reus  
elidere studet, possunt proferri, & tunc,  
vel omnium, vel partis earum separa-

B 4

tio

tio cogitari potest; quando autem procedat, infra demonstrabimus, hic vero, casum hunc tantum allegasse sufficiet. E contrario eidem creditor i contra eundem debitorem plures actiones competere possunt, quibus in uno libello coniunctis, (quae coniunctio, *cumulatio actionum obiectivat*) dicitur, de separandis singulis debitibus, quaestio oriri potest. De hoc casu infra, de illo vero in §§ sequentibus agatur.

t) WERNH. observ. Lib. III. obs. 154. CARP.  
ZOW Responfa, Lib. II. resp. 53. HOFAC  
KER princip. Iur. Civil. Tom. III. pag. 804  
§. 4372. J. H. BÖHMER de actionib. Secu  
III. §. 11. pag. 758.

§. 14.

*De separatione exceptionum ab actione*  
Cum ergo debito ab actore petitore  
reus plures opposuerit exceptiones

tun

tunc quaestio de separandis exceptionibus oriri potest. Exceptionem vero in sensu strictiori & proprio, quo causa dicitur, qua quis contra intentionem actoris se indirecte defendit u), accipimus; & tunc eae, vel in continentia liquidae, & in continentia liquidabiles, v) vel illiquidae esse possunt. Exceptiones illiquidae a liquidis separandae sunt w), quoties genus processus distinctionem illam fieri iubet. Quoad exceptiones illiquidas enim reus reiicitur ad reconventionem, liquidae e contrario conventioni cum effectu opponuntur. Cauta tamen separatio haec fieri debet, propter magnum, quod unde reo oriri potest, praejudicium; quam ob rem leges & plurimae processus ordinationes regulam pro diversitate tun

tate processus, quo actor debitum suum  
persegitur, limitantes, reo ne iniuria  
fiat, prospexerunt x).

- v) HOFACKER Princip. Iuris civilis Tom. I.  
§. 167. pag. 135. l. 2. D. de exceptionibus (Lib. XLIV. Tit. I., pr. J. eod. (Lib. IV. tit. 13.) WALDECK institut. iuris civilis HEINECCHI §. 835. pag. 412.
- v) CLAPROTH summarisch. Process §. 169 pag. 252. vid. quoque supra §. 7.
- w) CANNEGIESSEN in Decision. summi Tribun. Cassell. Tom. I. decis. 103. num. pag. 407. BERLICH conclus. P. I. conc. fin. num. 86. LYNCKER, Tom. I. respons. 128. num. 20.
- x) REINHARTH Observat ad CHRISTIN. Lib. obs. 69. num. 1. & 3.

### §. 15.

*De separatione exceptionum ab acti-  
ne in processu summario, praeci-  
pue executivo.*

Si Creditor debitum, de quo  
tractatione summaria valide cognos-

po

Potest, in processum summarium de-  
duxit, & reus ei exceptiones turbidas,  
& maiorem discussionem desiderantes  
obiecit, iudicem vi officii has ad re-  
conventionem reiicere, reumve (acti-  
one liquida) condemnare oportet y).  
Quod quidem praecipue ratione debiti,  
in processum executivum deducti z),  
& in iis casibus in quibus mandatum  
cum clausula a) petitum est obtinet. In  
eo enim maxima utilitas processus  
summarii, praecipue executivi, & man-  
dati se ostendit, & indoles horum iu-  
diciarum praecipue quaerenda est, quod  
celeriorem exitum capiant b) quam in  
processu ordinario fieri possit, & promp-  
tissimae executionis poenam inducant  
c). Nec tamen hoc principium in con-  
cursu creditorum praevalere potest d),

ra-

po

ratione ab iis longe diversa. Iisdem enim iuribus debitor communis utitur, quibus creditores eius fruuntur. Hi vero cum credita sua adhuc incerta & controversa sunt, usque ad sententiam praecclusivam liquidare, & restitutio nem in integrum etiam contra illam ex iusta causa e) petere possunt; e contrario eridarius etiam exceptionibus, licet non liquidis, audiendus & admittendus, nec ad reconventiones reiiciendus est f). In reliquis vero processibus summiariis, quibus debitum persequi possumus, uti etiam in processu cambiali g), exceptions illigatae, & ideo haud admissibiles ad conventionem repellendae sunt.

y) I. 14. §. 1. C. de compens. REINHARD  
ad CHRISTIN. Vol. I. obs. 69. num. 2. M  
VIUS in Decis. Par. VII. Dec. 7. STR

U

- Uſus modern. pandect. Lib. XVI. tit. 2.  
 §. 16.
- z) ENGAU Decif. Par. I. decif. 40. MÜLLER  
 prompt. iur. nov. Tom. III. num. 52. ad  
 voc. „compensatio“.
- a) CLAPROTH summarisch. Proceſſ. §. 152.  
 pag. 225. Nec contrarium ordinatur, per  
 Receſſ. Imp. Noviss. §. 82.
- b) CLAPROTH l. c. §. 172. in fin. Zelleſ.  
 Ober Appellations Gerichts Ordnung P. II.  
 Th. I. §. 5.
- c) CLAPROTH l. c. §. 156.
- d) STRUBEN rechtliche Bedenck. Bd. IV.  
 Bed. 38. PUFENDORF obſervat. iur. univers.  
 Th. IV. obſ. 33. BROCKES ſelectae obſerv.  
 forenſ. 41.
- e) Lehre von der paecluſion der Gläubiger  
 Abſ. I. §. 8.
- f) vid. script. innot. d) huius §. allegatos,  
 KANNE & MASSDORF de compens. & re-  
 tentione in concursu locum habente, Lips.  
 1779.
- g) Bremiſche Wechſel Ordnung Art. 19.  
 Hamburgiſ. Wechſel Ordn. Art. 48. revid.  
 von 1729. Art. 3.

§. 16.

§. 16. *Quando exceptiones etiam liquidae, in processu summario sint separandae ab actione.*

Etsi ex supra dictis certum sit, reuni exceptionibus suis liquidis in processu summario audiendum esse regulariter, haec regula tamen certis limitationibus circumscribitur. Nam, ut ea locu habere possit, inter alia requisita, quorum mentio non ad discussionem nostram pertinet, semper necesse est: ut sit exceptio in continent, vel liquidanda, vel liquidabilis. Terminus verus intra quem liquidatio haec procedens debet, ut plurimi dicitur arbitratu ab arbitrio iudicis dependet; & ut: exceptio liquida iusto tempore, i. e. contestationis tempore h) sit op

sita, nisi eius generis sit, quae omni  
 processus tempore allegari, & admitti  
 possit i), vel eam ex post tantum na-  
 catus sit reus k). Quod si exceptio li-  
 quida iusto tempore non sit allegata,  
 & in medium prolata, nec alia causa  
 specialis exceptionem a regula produ-  
 ctionibus pat, tunc & inter liquidas separatio-  
 nes locuti debet, quarum quae iusto tempore  
 prolatae non sunt, in reconventionem  
 nem nesciuntur l). Idem de exceptione  
 compensationis in specie, in vim pe-  
 nitentiae oppositae, est applicandum  
 us ver); in iis casibus nimirum in qui-  
 rocedens compensatio legibus prohibita non  
 arbitratn).

& ut:  
 e, i. e.  
 fit op  
 si

l). ZANGER de exception. Lib. III. Cap. 8.  
 num. 100. REINHARTH ad CHRISTIN.  
 Vol. I. obs. 69. num. 9. VINNII com-  
 mentar. ad §. 30. I. de actionib.

3

- D) verb. causa: „exceptio solletioonis, quae  
„in ipso executionis termino, & post rem  
„iudicatam adhuc locum habet“. MÜLLER  
prompt. iuris nov. Tom. III. ad voc.  
„compensatio“ num. 103. CANNEGIESSEN  
Decis. summi Tribun. Cassell, Tom. I  
Dec. 103. num. 6.
- E) cap. 4. X. de except. cap. 25. X. de  
& P. I. D. (I. 19.) CLAPROTH ordene  
Process, Th. II. §. 140. num. I. pag. 13 tum  
D HÜPFNER Comment. ad Institut. §. 9.  
pag. 820. MEIER Collectat. Argent. L  
XVI. Tit. 2. thes. 10. num. 3. MEN  
CHIVS de arbitrio iudicis.
- m) STRYK usus mod. pandeſt. Lib. X  
Tit. 2. §. 9. pag. 177. VINNII selec  
quaest. forens. Lib. I. quaest. 50.
- n) STRYK I. c. §. 7. pag. 172. REINHAR  
ad CHRISTIN, Vol. I. obs. 69. num.  
WEBER Beyträge zu der Lehre von  
richtl. Klagen und Einreden, Stück  
Beyt. 6. pag. 62.

§.

MÜLLER  
ad voc  
EGIESSEN  
Tom. I  
X. de  
ordene  
pag. 13  
. §. 9.  
gent. L  
3. MEN  
Lib. X  
II selec  
o.  
EINHAB  
. num.  
e von  
Stück  
§.

*De effectu separationis exceptionum  
illiquidarum ab actione in processu  
suminario.*

specimine agendum non erit, sed tan-  
tum de effectu separationis exceptio-  
num illiquidarum ab actione, qui pre-  
cipue in diversa trattatione, & de-  
cisione causarum simul in iudicium  
deductarum, se exerit. Reus enim,  
qui in hoc iudicio succubuit, con-  
demnatur, & cum liquidatione exce-  
ptionum illiquidarum ad reconventio-  
nem reicitur. In securitatem tamen  
iuriis illiquidi, ei ab actore cau-  
o, qua promittat, se in casum suc-  
umbentiae, soluturum id, in quod  
terit condemnatus, praestanda est

C

o)

o); & tunc quidem creditum liquidum actoris retineri potest, sed non ultra, quam a partibus huius cautionis idonea sit constituta p). Hoc retentionis ius minime vero ita debet extendi, ut reus in securitatem sui debitum illiquidi creditum, in quo condemnatio processit, usque ad liquidationem eius retinere possit, nisi ei ex alio titulo illud ius competit q). Nam etsi non eadem hac de causa Dd. sit sententia r), nec leges iuris communis hac de agentes, huius requisiti mentionem faciant s), nos tamen in negativam inclinantes, in illiquidis retentioni locum non esse arbitramur t); quam sententiam in nonnullis iuribus particularibus etiam adoptatam invenimus u). In quantum porro, atque rigorosum videtur

ob debiti alterius incertitudinem, iu-  
stiam debiti alterius petitionem suspen-  
di & differri, quum etiam in debito  
liquido aliquando ius retentionis locum  
habere nequit. Quare, in illiquidis re-  
us nihil amplius nisi cautionem a reo  
emna-  
poscere potest; cautio enim, ut ait ME-  
VIVS w): est ordinarium remedium ad  
tollendum ius retentionis, modo alia  
ac iuratoria praefetur x).

- o) BERLICH Par. II. concl. 32. num. 15.
- p) MEVIVS in Decis. Par. V. dec. 133.
- q) REINHARTH ad CHRISTIN. Par. I. obs.  
XXVII. in fin.

r) a nobis dissentient.

CAPYR. in Decis. Lib. XVII. num. 7. SE-  
BAST. MEDIC, de compensat. Par. II. quaest.  
16. LAVTERBACH in Dissert. de compen-  
sat. §. 6. ANT. FABER in Comment. ad  
Cod. Lib. III. Tit. 22. dec. 15.

nobiscum vero consentiunt:

MEVIVS in Decis. Par. II. dec. 309. num.

C 2

I.

- I. KLOCK Vol. III. cons. 115. num. 21.  
BRVNNEM. cent. III. dec. 21. ZANGER de  
exception. Par. III. Cap. 6. num. 31.
- s) LAVTERBACH in diff. citata, l. c.  
t) MEVIVS Par. II. dec. 115. num. 8.  
u) verb. cauf. Ius Saxonum princ. art. 24  
Ius Lubec. Lib. I. Tit. 5. art. 13.  
v) 1. 85. §. 2. D. de R. I. (Lib. L. Tit. 17)  
w) MEVIVS Par. II. dec. 214. num. 7.  
x) idem Par. IX. dec. 42. in med.

## §. 18.

*De remediiis Iuris, quibus debitum  
separatum in reconventione perse-  
quimur.*

Et citra cautionem praestitam per  
separationem efficitur, ut reus rem-  
dia iuris, quibus debitum suum per-  
sequatur, acquirat. Sed quae ad  
ab eo sit instituenda, — adhuc si  
iudice lis est. Nam eti Icti in  
conveniant, reo nonnulla iuris rem-

m. 21.  
GER de  
3L.  
art. 24.  
Tit. 17.  
z.  
lebitu  
perse  
am p  
s rem  
um pe  
ne ac  
huc s  
i in  
is rem

dia competere, nemo eorum, actionem, quae ab eo sit instituenda, indicavit y); certe, de hac re solliciti, rem acu non tetigerunt. Sic v. c. DONELLVS z) ait: „reum ea actione, quae ex titulo, ex quo debitum ei competit, descendat, uti debere. Ex quo vero, ut in oculos incurrit, illud in commodum oritur, quod debitum naturale, optime in compensationem vocandum a), sed ex principiis iuris communis nulla actione munitum, per separationem factam in hoc iudicio omni sua vi privetur. Quare alio medio juris, ad evitandum praeiudicium illud, reo erit subveniendum. Quod si ergo creditum rei, licet adhuc illiquidum, optimo tamen iure, ut ex post appareret, fundatur, hoc ipsum

C 3

cre-

ereditum actoris cum omni causa ab-  
forbuit, & compensatio a tempore ex-  
istentiae utriusque debiti *ipso iure fa-*  
*cta est b)*; ut tamen effectum suum  
propter illiquiditatem unius debiti for-  
tiri non potuerit, sed, separatione  
facta, usque dum probatum sit, suspen-  
sa fit c). Quae cum ita sint, sequitur  
reum in reconventione sua impropre  
debitum suum, sed ea potius, qua  
secundum iudicis sententiam solvere  
debuerit d), persequi debere; atque  
cum indebitum solverit, id *conditione*  
*indebiti*, vel *sine causa e)* repeteret.  
Tunc ei exceptiones praeiudicare no  
possunt, quae alias, [debito ex obliga  
tione naturali descendente in iudicium  
deducto], iure meritoque potuisse  
opponi f).

- y) quod affirmat: WEBER Beyträge zu der Lehre von gerichtl. Klagen und Einreden, Stück I. Beyt. 6. pag. 67. num. II.
- z) in commentar. iur. Civil. ad legem ultim. C. de compens.
- a) verba l. 6. C. de compensat. haec sunt: „etiam quod natura debetur, venit in compensationem“. VINNII selectae quaest. Lib. I. quaes. 49.
- b) PUFENDORF observ. Tom. I. obs. 173.
- c) WEBER l. c. pag. 68.
- d) idem l. c. pag. 69.
- e) STRYK usus modern. pand. Lib. XVI. Tit. 2. §. 2. l. 10. §. 1. D. de compens. FRANZKE comment. ad pand. L. XVI. t. 2. §. 8. WEBER l. c. pag. 69, in not. num. 40.
- f) DONELL l. c. ad leg. ult. C. de compens. CARRACH Progr. De brocardic. „illiquidum liquido, nulla est compensatio“ 1751. §. 2. 3.

§. 19.

*An etiam in processu ordinario separatio exceptionum ab actione fieri possit?*

Quando separatio, de qua hic agitur, in processu summario sit facienda, in §§ antecedentibus demonstravimus; nunc vero, quae hac de re, in processu ordinario observanda sint, per scrutandum est. Principium separationis supra g) in medium prolatum, ad hanc processus speciem applicari non posse, iam ex diversa ratione, quae obtinet in iudiciis summarisi & ordinariis, appareat. In illis enim, praecepit in processu executivo, mandatum clausula, & cambiali, actoris conditio melior esse videtur, cum rei defensio valde sit coarctata, cui non licet dices

omnes

omnes, quas habet, exceptiones in  
medium profere; in hoc processu ve-  
ro litigantium conditio par, aut si ma-  
vis, rei etiam melior est. Separatio-  
nis principium ergo hic limitandum  
est, atque haec regula constituenda:  
*reum cum omnibus suis exceptionibus,*  
*turbidis licet, & ad maiorem indagi-*  
*nem spirantibus, esse audiendum, nec*  
*ante probationem, & plenariam ea-*  
*rum discussionem ad definitivam iudi-*  
*cii profiliendum esse h.). Iudex enim,*  
uti ait Mevius i): „ita circa litem ver-  
sari debet, ut utriusque partis, circa  
sea, quae in eam veniant partem, ha-  
beat rationem, & quidquid singulo-  
rum iura merentur decidat, vel ad  
rei de-  
discussionem ordinet, & dirigat”. Ju-  
dices ergo separationem in processu or-

C 5

dinario

dinario admittentes, (quod REINHAR-  
THIUS & WEBERUS, 1Cti peritissimi  
loco laudato haud raro in praxi a iudi-  
ce incauto fieri affirmant, atque optimo  
iure reprehendunt), magnam ex-  
inde reo iniuriam comparant, & de-  
fensionem iustissimam e manibus cri-  
piunt. Diversa itaque ab actione tracta-  
tio & decisio exceptionum illiquidar-  
um, non solum tum, cum reus *litem*  
*affirmative contestatus* sit, utens simul  
exceptionibus peremptoriis quibus in-  
tentionem actoris elidere studet k), si  
eri non debet: sed etiam tum, cum  
reus, *lite negative contestata*, even-  
tualiter exceptions peremptorias adie-  
cerit, ita ut dixerit, etsi deberet, sib  
tamen ex hac vel illa causa nonnullius  
debita contra actorem competere, qua-

ex post primum probaturus sit l). Idem quoque valet, cum reus omnino nullas exceptiones litis contestationis tempore protulerit, sed iis exceptionibus, quae durante tractatione iudiciali, usque ad sententiam definitivam opponi possunt, subveniatur m); seu iis, quae post litis contestationem primum emerserint, aut tunc demum ei innotuerint, munitus sit n). In omnibus his casibus exceptionum illiquidarum probatio est attendenda, nec prius ad sententiam definitivam procedendum, quam in illa reus defecerit o). Nihil aliud de exceptione compensationis in specie statuendum, de qua vero, REINHARD THIUS & VINNIUS hanc rem accuratius tractantes, inspici merentur p).

g)

- g) vid. huius spec. §. 12.
- h) REINHARTH ad CHRISTIN. Lib. I. obs. 69.  
num. 3.
- i) MEVII Decif. Par. VII. Dec. 7. num. 5.  
WEBER Beytr. zu der Lehre v. gerichtl.  
Klag. und Einred. St. I. Beyt. 6. pag. 61.
- k) REINH. I. c. num. 1.
- l) VINNIUS select. quaest. Lib. I. quaest. 50.
- m) HOFACKER princip. Iur. civil. Tom. III.  
§. 4391. num. 2. pag. 819. CLAPROTH  
bürgerl. Proces §. 141. pag. 135.
- n) cap. 10. X de exception, cap. 4. X eod.
- o) VINNIUS loc. cit. Lib. I. quaest. 50.
- p) loc. citatis. BACHOV Vol. II. disp. 25. thet.  
8. litt. g. ZANGER de exception. Par. III.  
cap. 8. num. 103. sqq. CARRACH in progr.  
1. c. §. VI. num. 3.

§. 20.

*Quando separatio exceptionum illiqui-  
darum ab actione in iudicio or-  
dinario locum sibi vindicet?  
Nonnunquam tamen exceptione  
altioris indaginis etiam in processu o-*

dinari

dinario non amittuntur, sed in determinatis casibus sunt separandae. Omnes enim exceptiones, quae litis contestationis tempore, sub poena amissionis q[uod] opponendae sunt; quo maxima pars exceptionum dilatoriarum & peremtoriarum pertinet r[ati]o), eaeque, quae cum fuerint neglectae, iustum restitutionis in integrum causam reo non tribuant); Post terminum a legibus praefinitum Prolatae, non attenduntur, sed separato reservantur iudicio t[em]p[or]e). Nec ultra hunc casum constitutionem in *Leg. fin.*

C. de compensatione contentam, & de compensatione tantum agentem, extendi debere arbitramur, quantus inter Dd. de hoc textu diffensus & controversia extet; quorum nos sententiam effu o REINHARTHII & VINNII, omnium, ut dinari nobis

nobis videtur, longe p<sup>re</sup>vaalentissimam,  
amplexi sumus u). Effectum vero  
compensationis liquidi cum illiquido,  
de qua in antecedente § egimus, hoc  
loco docere, nobis tantum separatio-  
nem illiquidi a liquido disquirentibus,  
nostrum non est. In quibus autem  
remediis iuri<sup>s</sup> reus, in persequendo  
debito suo, subsidium & auxilium quaer-  
rere debeat, iam supra demonstratum  
est. Quare, cum diversitas iudicii  
diversi nihil respectu effectus separa-  
tionis introducere possit, novi, quod  
iis addam non habeo, prioribus tam  
tum repetendis.

<sup>q)</sup> I. 13. C. de procurat. (Lib. II. tit. 13.  
cap. 62. X de appellation. (II. 28.) R<sup>o</sup>proser-  
Imp. ann. 1654. §. 38.

<sup>r)</sup> Recess. Imp. a. 1654. §. 37.

<sup>s)</sup> CLAPROTH ördentl. Proces<sup>s</sup>. Tom. II. §. 141, num. III. & §. 136. 137. 138.

¶) HOFAKER Princip. Iur. civil. tom. III. §.  
4391. litt. A. pag. 819. l. 2. C. sentent.  
rescind. non poss. (Lib. VII. Tit. 50.)

v) loc. citat.

§. 21.

*De separatione plurium debitorum  
illiquidorum a liquidis, quae in  
eodem libello ab auctore cumu-  
lata sunt.*

Hucusque in discussione nostra de  
udicij ea quaestione: *in quibus casibus separa-*  
*ratio exceptionum illiquidarum ab*  
*quod actione sit facienda?* actum est; nunc  
s tam vero separatio, debitorum illiquidarum  
rum a liquidis, quae in uno eodemque  
libello auctore persequitur, in medium  
tit. 13. 28.) Profererenda erit v). Fingamus itaque  
quendam a mercatore diversas merces  
n. II. Silverfo tempore emisse, & venditorem

ex

ex post solutionem omnium debitorum,  
secundum rationes de iis confessas,  
uno eodemque libello persequi; reum  
vero pro parte debita agnoscere, pro  
parte vero diffiteri, & iis exceptiones  
peremptorias opponere; aut etiam aliis  
mediis probandi celerioribus actoris  
credita pro parte probata & liquida esse.  
Tunc oritur quaestio: an probatio de-  
bitorum illiquidorum, executionem li-  
quidorum retardare possit? an potius  
illa ab his sint separanda? Primum  
notandum est, obiecta separanda i-  
hac separationis specie, ab illis, de quo  
rum separatione supra loquuti sumus  
longe diversa esse. Cum enim sup-  
tractavimus separationem exceptionis  
illiquidae, credito liquido actoris o-  
positae; iam pervenimus ad separati-

ne

nem illiquidis a liquido, pluribus debitis ab actore in item deductis, cuius effectus ille est, ut debita actoris in eodem libello cumulata, a reo confessis, vel aliis modis celeriter probata, ab iis, contra quae reus exceptiones validas moverit, separata, separatim diiudicari da esse queant. In eo vero conveniunt, quod maximam utilitatem actori afferant, & quod probatio debitorum illiquidorum in separato iudicio procedere debeat. Separationem autem debitorum illiquidorum a liquidis, in omni processus de quo specie, locum sibi vindicare affirmamus puto. Quod si enim hoc mihi non supercesseris, magnum illud exinde oriptione commodum, quod lites celeriorem oris exitum capiant, & iustitia celerius administrari possit. Nec reo ulla fit ini-

D

iuria

vix  
ni  
con  
tant  
tunt  
Nec  
nostr  
etiam  
hi negabit. Cum vero ex his alia per  
exceptiones rei dubitatae sint facta; ali  
certa & liquida appareant, quid impe  
dit, quo minus de his sententia & ex con  
tradicione possit procedere, modo illiqui  
non sint praejudicialia? Actoris etiam  
pro parte litem finiri, magnopere i  
teresse debet. Haec autem dicta, non  
solum obtinere debent in processu sum  
mario, sed etiam ordinario; quam  
so su

vix ullum Dd. habeam, qui separatio-  
ni huic in hac processus specie locum  
concedat. Plurimi enim, quaestionem  
tanti momenti alto silentio praetermit-  
tunt, alii vero eam negative decidunt.  
Nec tamen posteriores, ut sententiam  
nostram, maximis argumentis adiutam  
linquamus, movere possunt; quam  
etiam per praxin in nonnullis iudiciis  
alia per bene formatis observatam, receptamue  
a; alio comperti sumus. Sed ut eo clarius ap-  
l impareat quantam inaequitatem sententia  
& ex contraria introducat, sequentia adhuc  
illiquid addere liceat. Nemo scilicet negat,  
s etiam storem qui plura credita in eodem li-  
pere ipso cumulavit, ratione singulorum,  
ta, non singulas actiones separatas instituere po-  
ssu sunisse; &, si hoc fecisset, eo tempore,  
quam successive debita singula petita certa

D 2

&amp;

& indubia redditia fuerint, iudicem sentiam definitivam ferre, & executionem ipsam instituere debuisse. Cum ille vero plura debita in uno libello coniunxit, nihil aliud egit, nisi quod debita sua, quae ei ex eodem vel diverso titulo w) competunt, eodem tempore in iudicium deduxerit, ut causa motu celeriorem exitum habeat. Quem nem vero cumulatio plurium actionum amplius fortiri non potest, quum executio debitorum liquidorum, probatione & plenaria discussione illarum retardatur. Sed quid impedit, quin idem in utroque casu cum habeat? Ratio eadem adest, constitutio non idem effectus? Sententia contra traria in iudicio praevalente, ad gestis nunquam actiones obiective cumulata minu-

m sen-  
 ionem  
 lle ve-  
 oniun-  
 debita  
 verso ti-  
 tempore  
 fa mort  
 gem fe-  
 um ex-  
 , pro-  
 he ill-  
 quid in  
 casu  
 est, c  
 situm nostrum, non quidem exhaustis,  
 tial co sed tantum collectis, & in ordinem di-  
 , ad gestis, quantum pro viribus nostris  
 amulat minutis, & limitibus nimis arctis no-

Itaque omnibus secundum propo-  
 dest, c  
 situm nostrum, non quidem exhaustis,  
 tial co sed tantum collectis, & in ordinem di-  
 , ad gestis, quantum pro viribus nostris  
 amulat minutis, & limitibus nimis arctis no-

D 4

bis

bis prae*scriptis* fieri poterat, totum  
finire possumus.

v) CLAPROTH ordentl. Process Th. II. §. 162.  
pag. 245. BÖHMER de actionib. Sec. III.  
§. 11. pag. 758.

w) WERNH. Observ. Par. III. obs. 154.  
CARPZ. responsa Tom. II. resp. 53. HOR-  
ACKER principia Iur. Civil. Tom. III. §.  
4372. pag. 806.

# Theses.

totum

§. 162.  
ec. III.

§. 154.  
3. Hor.  
III. §.

## I.

*Cautio fructuaria a testatore, usum  
fructum legante, remitti non pot-  
est.*

## II.

*Renunciatio Scti Velleiani a mulie-  
re, praemissa certioratione, in  
Instrumento privato, valide fit.*

## III.

*onfectionem inventarii & iuratae  
Specificationis testator, nec inter-  
dicere, nec heredi remittere pot-  
est.*

IV.  
a e T

Negotiorum gestor ad culpam levissimam praestandam, regulariter tenetur.

V.

Socius contra socium actionem finium regundorum potest instituer.

VI.

Discrimen inter tutelam & curiam minorum cessat hodie.

VII.

Qui responso collegii iuridici nixus causa cadit, in expensas adhuc condemnari potest.

entrum S. iurisprud. concilij  
rebus com. to VIII. dimicatio

Alienatio rei litigiosae, pendente te facta, ipso iure nulla non e

IX.

*Invito reo causa ordinaria, summa-  
rie traduci nequit.*

X.

*Partium, ut testi iniurato credatur,  
a partibus initum, valet.*

XI.

Scimus quoniam alios ovi  
Munera traximus

X.

Amidone obsecunt ipsi in vobis  
Alio munere reddimus





**ULB Halle**  
004 813 057

3







1798,8  
8

DISSE<sup>1684</sup>TATIO IN AVGVRALIS IVRIDICA  
DE  
**EO QVOD IVSTVM EST**  
CIRCA  
SEPARATIONEM DEBITI IN LITEM  
DEDVCTI ILLIQVIDI A LIQVIDO.

QVAM  
AVCTORITATE  
ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM  
ORDINIS  
SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
RITE CAPESSENDIS  
PVBLICE DEFENDET  
DIE IX OCTOBRIS MDCCXCVIII.

AVCTOR  
ORGIVS THEOPHILVS SCHIRGES  
CELLENSIS - LÜNEBURGV<sup>8</sup>S.

GOTTINGAE  
TYPIS H. M. GRAPE, ACAD. TYPOGR.